



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarum Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De triplici sapientia angelorum ante casum vel confirmationem. I

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

potuit: quia sapientia fructus est pietatis. Continuo autem ut factus est, credidit: non ab eo quod accepit sed ab eo quod acciperet si Deo subdi voluisset. Ecce hic aperte declarat angelos bonos creatos fuisse, & post creationem cecidisse: & fuit ibi aliqua morula licet breuissima. Quod Orig^{en} confirmat super Ezech. dicens. Serpens hostis contra-
 rius veritati non tamen à principio, nec statim supra pectus & ventrem suum ambulauit: sicut Adam & Eva non statim peccauerunt: ita & serpens aliquando fuit non serpens, cum in paradyso deliciarum moraretur: Deus enim malitiam non fecit. Ecce aperte dicit post creationem interposita morula cecidisse. Ideoque illa verba sic accipienda videntur. Homicida erat ab initio vel mendax, id est, statim post initium quando sibi æqualitatem Deo promisit, & seipsum occidit: qui homo dicitur in Euangelio. Nec in veritate stetit: quia in ea non fuit, sed ab initio temporis, id est, statim post initium temporis apostatauit. potest etiam & sic accipi illud. Ab initio homicida fuit vel mendax, id est, ex quo homo fuit conditus, quem per inuidiam in mortem præcipitauit & fallaciter seduxit. Ex prædictis ergo liquet angelos bonos omnes esse creatos, & post creationem quosdam cecidisse à bono, quod habuissent si perstitissent.

Quod triplex fuit sapientia in angelis ante casum vel confirmationem.

I Hic inquiri solet, quam sapientiam habuerint ante casum vel confirmationem? Erat in eis triplex naturalis cognitio, qua sciebant quod facti erant: & à quo facti erant, & cum quo facti erant: & habebant aliquam boni & mali notitiam, intelligentes quid appetendum vel respuendum illis foret.

An aliquam Dei habuerint dilectionem vel sui inuicem.

K Solet etiam quæri, virum aliquem Dei vel sui dilectionem inuicem habuerint. Ad quod dici potest,

V 2

rest,

Gen. 3. c. 02

rigenes 10.

2. homil. 1.

ante me-

dium.

Ibidem pat-

lo inferius.

Ioan. 2.